ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CHRISTIANO GUILIELMO, Primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis poſtulato Adminiſtratori, Marchioni Brandeburgenſi, Boruſsiæ, Sedinorum, Pomeranorum, Caſſubiorũ, Vandalorum, nec non Sileſiæ, Croſnenſium & Jegerndorffij Duci, Burggravio Norimbergenſi & Rugiæ Principi, &c.

Domino ſuo clementiſſimo.

PAucis abhinc annis, Illuſtriſſime & Celſiſsime Princeps, cantiunculas aliquot, textibus Politicis adornatas compoſui, easq; ad multorum inſtantiam juvenili lætitiæ donavi. Quæ cùm nonnullis Muſicorum paulò candidiorum probatæ fuerunt, ad magis ardua, ſacra nimirum, in magni divini Numinis laudes & gloriam, animum ut adpellerem, iidem ſuaſores mihi & quaſi compulſores exſtitêre. Quorum ego repugnare monitis inhumanum, ingratum, impium exiſtimavi: cùm omne, quicquid ſumus aut intelligimus, ex ſola DEI Opt. gratia, tanquam fonte limpidiſsimo profluat. Præſens igitur hoc

SLUB
Wir führen Wissen.
EV.-LUTH. KIRCHGEMEINDE
ST. PETRI AUGUSTUSBURG